7513 basis marmorea (*marmo di Maladroxa*), quam stare loco antiquo propter molem certum est, alta m. 0.71, lata m. 0.63, crassa m. 0.63, supra foramen habens. Litterae Latinae Sullanae Caesarianaeve aetatis sunt, Punicae iam a forma vere Phoenicia, quam retinet titulus hoc vetustior trilinguis n. 7856, deflectit ad eam, qua scripti esse solent tituli Punici in Africa reperti, quamquam melioris aetatis reliquias quasdam Sulcitanus hic servat. Rep. ad S. Antiochi in curte domus Iosephi Angius ibidemque adservata.



Repperit et descripsit ectypumque fecit Ioh. Schmidt. Punica sic verterunt Eutingius et Dillmannus: *Himilkat, filio Adonibaal, filii Himilkat,* | *qui praeivit decretum principum Sulcitanorum* | *aedificandae aedis huius dominae deae,*| *hoc opus* (vel *monumentum*) *fecit filius Himilkat.* — 1 in. ante HIMILCONI vocabulum Schmidtius dubitabat adessetne litterae vestigium tale \. = 2 propter senatum cf. p. 840.

7514 rep. in insula S. Antiochi, unde abstulit Kayser professor Christianiensis in Norvegia; is dono dedit Muentero Havniensi IND. TAVR., GAZZ. Ectypum gypsaceum, quod Genuae sibi confecit Marmora, hodie est Cagliari in museo.

TEMPL · ISIS · ET · SERAP · CVM
SIGNIS · ET · ORNAM · ET · AREA
OB HONOR M · M · PORC · FELICIS
ET IMPETRATI · F · IIII V A · P DE
M · PORC · M · L · PRIMIC
MAG · LAR · AVG · R

Recognovimus ad ectypum. Vernazza cod. bibl. reg. Taur. misc. 59 f. 296. 307; Index Taur.; Gazzera *decreto di patronato* in actis acad. Taur. 35 (1831) p. 15 adiecta imagine tab. 2 n. 1 (inde *Bull. dell' Inst.* 1830 p. 172); della Marmora *voy.* II p. 479 n. 33 (cf. *itin.* 1, 269); Casalis *diz. geogr.* 8 (1841) p. 381 et 18, 2 p. 569. Henzen 6090.

2 secundam, 3 secundam, 4 tertiam litteram in ectypo ego non dispexi. — *Templ(um) Isis et Serap(is) cum signis et ornam(entis) et area ob honor(em duorum) M(arcorum) Porc(iorum) Felicis et Impetrati f(ilii) IIIIv(iri) a(edilicia) p(otestate) de[s(ignati)] M. Porc(ius) M. l. Primig[enius] mag(ister) Lar(um) Aug(ustalium) r[estituit].*

7515 pars epistylii magni, ad S. Antiochi in loco q. d. Sabarra MARM. Frustra quaesivit NISSARDI. Ex eo loco, qui est dimidia hora a S. Antiocho in litore, rudera habens q. d. *S. Alessandra*, titulum ante annos aliquot asportavisse dominum Gouin incolae narraverunt SCHMIDTIO.

SEP · CAESAR
I VIII · IMP · XV
OCIVM · L · AEMIL

Della Marmora *voy.* II p. 477 n. 28.

Si est Vespasiani, qui a. 76 fuit trib. pot. VIII imp. XVIII, 1 pro SEP scribendum est IMP; neque id nimium est in exemplo Marmorae.

7516 in insula S. Antiochi MVR.; in muro aedium privatarum MARM. Periit NISSARDI.

C · ASINIVS
TVCVRIANVS
PRO COS
PLATEAM · QVAE · STRATA
NON · ERAT · STRAVIT

Tria exempla extant, primum Danii apud Mur. 471, 4, alterum Marmorae ms. apud Vernazzam (bibl. reg. Taur. cod. misc. 59 f. 279), qui accepit 23 Iul. 1819, et apud Gazzeram (misc. fasc. 12) et *voy.* II p. 482 n. 42, tertium Baillii ms. duobus apographis.

2 sic Mur., TVCVI IANVS Baille Marm. (Vern.), TVCVLLIANVS Marm. (Gazz.), TVCVILIANVS Marm. (ed.). — 3 PRO CONS Mur. — 4 QVAE Mur. Marm. (ed.), QVAE Marm. (Gazz.), QVA Baille Marm. (Vern.) — 5 STRAVIT Mur. Marm. (Gazz. ed.) Baille, STR·ANTEA Marm. (Vern.).

7517 *frammento di marmo bardiglio*; litteris mediocribus. Ad S. Antiochi rep. *via Fontaneddas* prope basim insignem (quae adhuc extat alta c. met. 6) statuae viri togati adservatae hodie in museo Caralitano. Inscriptio extat ad S. Antiochi in hortis aedium Tenis in gradu scalarum.

I I C
M DOM
? *quiri*NA TERTI
PRAEF PR\ sic
*p*ROV MY*siae*
*pr*OV CYR*enaicae*
*p*RAEPOS
YRI · ATIC
I · AVG · TI
M · LEG
I I M

Descripsit Schmidt.

7518 rep. in S. Antiochi, translata inde in museum Cagliaritanum impensis canonici Fois BAILLE, IND. TAVR. Ibi extat.

L · CORNELIO · QVIR · MA RCELLO
L · CORNELI · LAVRI · PATRI · IIII · VIR · II · IVR·
DIC · FLAM · AVG · II PONTIFICI · SACRORVM ·
PVBLICOR · FACIENDORVM · PATRONO · MV
NICIPI · D · D · COOPTATO · ET · ADLECTO · IN
QVINQVE · DECVRIAS · ET · INTER · SACER
DOTALES · PROV · SARD · OB MERITA *e*IVS
IN RE · PVBLICA · SVLCITA*ni* *e*X TES
TAMENTO IPSIVS *posuerunt*

Recognovi. Vernazza cod. bibl. reg. Taur. misc. 59 f. 315, cui missa est ex Cagliari d. 19 Iun. 1819 (inde Gazzera ms. Taur. fasc. 12); Lud. Baille *iscrizione Solcitana illustrata* (Genuae 1820. 4. pp. 47) adiecta tabula; Index Taur.; della Marmora *voy.* II p. 482 n. 41; Casalis *diz. geogr.* 8 (1841) p. 386; Spano *Bull. Sardo* 1857 p. 41. Henzen 5969.

1 post MA lapide damnum passo quadratarius spatium vacuum reliquit.

7519 Sulcis intra moenia antiqua in loco q. d. *cungiau de setti portas* (= *chiuso di sette porte*) repperit Antonius Siddi.

t. FLAVIO · *t.* F · QVIR
SEPTIMINO
IIII · VIR · IV*re* D*ic* *fla*M · AVG
PONTIFEX · SACRORVM
EQVO · PVBLICO · EXO*rnato*
PATRONO · MVNI
CIPII · L · *d. d. d*

Spano *Badia di Bonarcadu* (1870) p. 13.

1 I·FLAVIO·I·F traditur. — Reliqua supplementa Spani sunt, nec fida est lectio.